Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



342

quia iam non est; Ita autem teneo in quo sum; et quimecum est; ita
nec iste excidit tibi iam quantum a prima luce transierit; Nonne ista
die sa prima hora cepit. da mihi primam horam. da mihi et secundam
eius. quia forte et ipsa transuolauit; Tertiam inquid dabo tibi.
stis tenim in ipsa nunc sumus; Ecce ergo sunt istadies. et iste tria
dies. et iste tertiam dabis non diem sed horam dabis. uerum tamen ne
hoc quidem tibi concedo; Si mecum ista tum quamq: transiisti. da mihi
uel horam tertiam; Ipsam mihi ipsam mihi da in quaes; Si enim
aliquid eius iam praeterit et aliquid eius adhuc restat; Nec quod
praeterit mihi potes dare: quia iam non est. Nec quod restat quia
nondum est; Quid mihi et de hora ista quae nunc peragitur dabis;
Quid de illa mihi dabis. cum mittam hoc uerbum ut dicam est. cum dicis ipsi te est.
Certe una sillaba est. et momentum unum est. et tres litteras habet
in ipso istu; Ad secunda huius uerbi litteram non peruenis. nisi pri
ma finita fuerit; Tertia non sonabit. Nisi cum et secunda transi
erit; Quid mihi de hac una sillaba dabis et tenes diem. qui unam
sillabam non tenes; Momenta transuolant ab; cuncta rapiuntur
torrens rerum fluit; Ecce quo torrente ille inuiabitur pro nobis.
quia amq: exaltauit caput; Iste ergo dies non sunt. a Nea bent
paene quam ueniunt; Et cum uenerint stare non possunt. lunge est
se. sequuntur se. et non se tenent. nihil de praeteritore uocatur;
Quod futurum est. transiturum expectatur. Nondum habetur;
Dum non uenit. Non tenetur dum uenerit; Numerum ergo dierum
meorum qui est. Non istum qui non est; Et quo me difficilius et pe
riculosius perturbat. et est et non est. quod uenit et transit est;
Illud simplex quaero. uerum quaero. et ter manum quaero. et est. quod est.
in illa hierusalem sponsa dni mei; Ubi non erit mors. Non erit de
fectus non erit dies transiens. sed manens sum nec hesterno praecidetur.
nec crastino impellitur; Hunc inquam numerum dierum meorum
qui d est. notum mihi fac. ut sciam quid desit mihi; Hoc enim mihi
de est. hic laborant; Et quamdiu mihi de est. non modico p fectum;
Quamdiu hoc non accipio dico. Non quia iam accipi. aut iam p fectus sum;
Sequor autem ad palmam supernae uocationis dei. hanc accipiam. pro
mercede cursus mei; Mansio quaedam erit finis currendi et in ipsa
mansione patria. sine peregrinatione. sine seditione. sine temptatione;